μέσως δὲ καὶ καθεστηκότως μάλιστα, πρὸς ἑ- A τέραν· ὅπερ δοκεῖ ποιεῖν ἡ δωριστὶ μόνη τῶν ἁρμονιῶν· ἐνθουσιαστικοὺς δ' ἡ φρυγιστί· ταῦτα γὰρ καλῶς λέγουσιν οἱ περὶ τὴν παιδείαν ταύτην πεφιλοσοφηκότες· λαμβάνουσι γὰρ τὰ μαρτύρια τῶν λόγων ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον ἔχει καὶ [τὰ] περὶ τοὺς ῥυθμούς. οἱ μὲν γὰρ, ἦθος ἔχουσι στασιμώτερον, οἱ δὲ, κινητικόν· καὶ τούτων οἱ μὲν, φορτικωτέρας ἔ- B χουσι τὰς κινήσεις, οἱ δὲ, ἐλευθεριωτέρας. ἐκ μὲν οὖν τούτων φανερὸν, ὅτι δύναται ποιόν τι τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ἡ μουσικὴ παρασκευάζειν. εἰ δὲ τοῦτο δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι προσακτέον καὶ παιδευτέον ἐν αὐτῇ τοὺς νέους· ἔστι δὲ ἁρμόττουσα πρὸς τὴν φύσιν τὴν τηλικαύτην ἡ διδασκαλία τῆς μουσικῆς. οἱ μὲν γὰρ νέοι, διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀνήδυντον οὐ- C δὲν ὑπομένουσιν ἑκόντες· ἡ δὲ μουσικὴ φύσει τῶν ἡδυσμένων ἐστί· καί τις ἔοικε συγγένεια τ' ἁρμονίαις καὶ τοῖς ῥυθμοῖς εἶναι· διὸ πολλοί φασι τῶν σοφῶν, οἱ μὲν, ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, οἱ δ', ἔχειν ἁρμονίαν.

Κεφάλαιον ϛ'.

Πότερον δὲ δεῖ μανθάνειν αὐτοὺς ᾄδοντάς τε καὶ χειρουργοῦντας, ἢ μὴ, καθά- D περ ἠπορήθη πρότερον, νῦν λεκτέον. οὐκ ἄδηλον δὲ, ὅτι πολλὴν ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ γίγνεσθαι ποιούς τινας, ἐάν τις αὐτὸς κοινωνῇ τῶν ἔργων. ἕν γάρ τι τῶν ἀδυνάτων ἢ χαλεπῶν ἐστι, μὴ κοινωνήσαντας τῶν ἔργων, κριτὰς γενέσθαι σπουδαίους. ἅμα δὲ καὶ δεῖ τοὺς παῖδας ἔχειν τινὰ διατριβήν· καὶ τὴν Ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι καλῶς· ἣν διδόασι τοῖς παιδίοις, ὅπως χρώμενοι E ταύτῃ, μηδὲν καταγνύωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. αὕτη μὲν οὖν ἐστι τοῖς νηπίοις ἁρμόττουσα τῶν παιδίων· ἡ δὲ παιδεία, πλαταγὴ τοῖς μείζοσι τῶν νέων. ὅτι μὲν οὖν παιδευτέον τὴν μουσικὴν οὕτως, ὥστε καὶ κοινωνεῖν τῶν ἔργων, φανερὸν ἐκ τῶν τοιούτων· τὸ δὲ πρέπον καὶ τὸ μὴ πρέπον ταῖς ἡλικίαις, οὐ χαλεπὸν διορίσαι, λῦ- F σαι πρὸς τοὺς φάσκοντας βάναυσον εἶναι τὴν ἐπιμέλειαν. πρῶτον μὲν γὰρ, ἐπεὶ τοῦ κρίνειν χάριν μετέχειν δεῖ τῶν ἔργων, διὰ τοῦτο χρὴ νέους μὲν ὄντας χρῆσθαι τοῖς ἔργοις· πρεσβυτέρους δὲ γενομένους, τῶν μὲν ἔργων ἀφεῖσθαι, δύνασθαι δὲ τὰ καλὰ κρίνειν, καὶ χαίρειν ὀρθῶς διὰ τὴν μάθησιν τὴν γενομένην ἐν τῇ νεότητι. περὶ δὲ τῆς ἐπιτιμήσεως ἣν τινες ἐπιτιμῶσιν, ὡς ποιούσης

ad aliam verò mediocriter & compoſitè plurimum, vt videtur Dorica facere ſola omnium harmoniarum. Phrygia verò diſtraxit ac rapit animum, & quaſi extra ſe ponit. hæc enim rectè dicunt, qui circa huiuſmodi diſciplinam philoſophantur: capiunt enim verborum teſtimonia ex rebus ipſis. Eodem modo ſe habet circa rhythmos: alij enim morem continent grauius, alij concitant, alij violentiores afferunt motus, alij liberaliores. Ex his igitur patet, quòd muſica poteſt animi morem aliquem facere. Quòd ſi hoc poteſt muſica, clarum eſt quòd ad puerorum diſciplinam eſt adhibenda, & in ea pueri ſunt inſtituendi. Congruit autem naturæ huiuſmodi diſciplina, nam pueri propter ætatem nihil ferunt ſponte, quod non habeat in ſe iocunditatem: muſica verò ex his eſt, quæ ſunt iocunda ſecundum naturam. Et videtur cognatio quædam eſſe nobis cum harmonis & .hythmis. quapropter multi ſapientum dixere, alij quidem animam eſſe harmoniam, alij verò habere harmoniam.

CAPVT VI.

Vtrum autem addiſcere eos oportet cantando, & manibus agendo, vel non, quemadmodum prius dubitatum eſt, nunc erit dicendum. Non eſt obſcurum intereſſe multum adhoc, vt efficiamur aliquales, ſi quis operum ipſe ſit particeps, nempe impoſſibile eſt vel certè admodum difficile, vt qui opera ipſa non tractat, peritè valeat iudicare. Et ſimul opus eſt vt pueri habeant exercitationem aliquam, & Architectæ tabella rectè reperta eſt, quam pueris dant, vt in ea occupati, illa quæ ſunt domini non frangant: neſcit enim pueritia quieſcere. hic eſt ergo infantibus conueniens ludus: diſciplina verò maioribus, tanquàm tabella quædam. Quòd igitur docendi ſint muſicam, ita vt in opere ipſo verſentur, ex ipſis patet. Quid autem deceat vel non deceat ſecundum ætates, non difficile eſt determinare, ac reſpondere vituperatoribus, vile huiuſmodi exercitium eſſe dicentibus. Primum igitur cum iudicandi cauſa ſint hæc opera perdiſcenda oportet in pueritia illis operam dare. in maiori verò ætate exercitationem dimittere: tantummodo autem iudicare poſſe per diſciplinam adeptam, ac lætari rectè. Vituperatoribus autem, qui aiunt ſordidos ac vile